

ves, proprium etiam habent ad visitationes indumentum, illudque à quotidiano diversum, nec sine alterius offensione aliter fieri potest. Ea causa nos ipsi quoque, ne primariorum virorum congressibus arceamur, eo ipso cultu, cum opus est, induimur. Quod si forte alter in alterum casu incidat, qui hoc urbanitatis (ut vocant) habitu minime sit indutus, nullo modo salutationum officia solitis ritibus exhibent, donec alter eodem cultu induatur; atque ita quoties in publicum prodeunt, famulorum manibus urbanitatis toga gestatur: quod si id fieri non potuerit, tum qui hoc visitationum paludamentum induerat, eo exiit, & in quotidiana veste saluatorios ritus explent, quos supra commemoravimus.

Si plures fuerint qui domi visitantur, inter eos primarius hospitis sedem, aut sedes singulas utraque
manu